

Deut. 30. v. 20. Dominus Deus est vita tua & longitudo dierum tuorum, id est, causa vite longevae.

2 Reg. 4. v. 40. Mors est in olla, id est, res mortifera.

Jerem. 23. 6. Dominus iustitia nostra, id est, causa justificationis nostrae.

Luc. 11. 14. Ejecit Christus demonium, quod erat mutum, id est, quod hominem quem possidebat reddebat mutum.

Joh. 11. 25. Ego sum resurrectio & vita, id est, resuscitator, seu is qui ex morte excitare potest.

Joh. 14. 6. Christus est via, veritas & vita, id est, est monstrator seu dux viae, per quam venimus in caelum.

Psal. 10. 7. Sub linguâ ejus labor & dolor, hoc est, laborem ac dolorem efficit.

Psal. 14. 3. Venenum aspidum sub labiis eorum, hoc est, evomunt venenum.

Psal. 19. 9. Præceptum Domini lucidum, id est, lucidos nos efficit vel lucem in nobis accendit.

Psal. 26. 10. In quorum manibus iniquitates sunt, id est, quorum manus iniqua perpetrant.

Psal. 27. 1. Dominus est illuminatio mea & salus mea, id est, à quo illuminatio & salus mea.

Horat. 1. lib. Oda. 14.

Pallida mors aequo pulsat pede pauperum tabernas,

Regumque turres, ô beate Sesti.

Æneid. 6. Pallentésque habitant morbi tristis que senectus.

Eclog. 7. ————— Iam venit æstas

Torrída, jam lato turgent in palmite gemma: quia æstas reddit res torridas & palmes homines latos.

Cic. pro Milone. Negant intueri lucem fas esse ei qui à se hominem occisum fateatur, id est, vivere.

Ibid. Neque vobis tam salutarem hanc (videlicet A, qua prima est in Absolvo & reo salutaris est,) in judicando literam, quam illam tristem dedisset (scilicet C. qua prima est in verbo Condemno, & reo tristitiam affert.)

B §

Ibid.